

que vocationis impulsu sive ad tempus, vel toto vitæ tractu, item vel absque omni scrupulo, vel cum conscientia dubia, sive Sacris simul Hæreticorum intersint, sive iis prorsus abstineant, ii omnes tamen vel gradu majus, vel minus habent peccatum. Tale enim officium liberâ voluntate suscipiunt, ob usum præsertim & commoditatem temporalem, contra Mosis Exemplum Ebr. XI, 24. Sacris etiam utuntur vel simulatè, vel ex errore atque ignorantia vincibili, & culpam luunt spretæ vel neglectæ in juventute solidioris informationis. Vel si ab istis absint, suis tamen se privant propriis. De coactis nonnullis, idem sentim<sup>9</sup> ac de iis, qui peccato originali frenum laxant, & sic non propter peccatum imediatè, sed propter remedia posthabita, damnari etiam possunt. Equidem Syri Naëmanis exemplum in contrarium adducit Indifferentista, 2. Reg. V, 17. 19. Sed præteritorum veniam petit, meliora edoctus, non futurorum indulgentiam! Quamquam ratione domicilii non mutati, si penes ipsum id steterit, non trahendus sit in exemplum aut regulam, Mitius enim tractari in Sacris videm<sup>9</sup> infirmiores atque profelytos, quam in ecclesia orthodoxa prognatos. Prout Bigamis olim in Ecclesiâ judaicâ non nihil indultum est, cui novi fœderis alumni se frustra suffulsi sint. Itaque quos Heterodoxi ad Sacra trahunt, sciant, ipsorum ad baptismum, præsertim Papistarum *raptos* pufillos, non quidem rebaptisatum iri, quod indicio est *integritatis essentialis*, non tamen *accidentalis*, ob admixtionem ceremoniarum superstitiosarum; Sux libertati tamen relictos, id permittere salvâ conscientiam non posse, nedum volenter Eucharistiâ Romanæ Ecclesiæ qualis nunc esse, uti, cum essentiali parte Sacramenti, ingenti quidem & salutino.